

firmitatem de exemplis verioribus mutuetur: tamen et ipsi, quamvis aliquantum levi et fabuloso, consideremus quanto ingenio firmitatem pariat orator ita inferens: *itaque hoc, iudices, non sine causa etiam fictis fabulis*. Levitatem 5 habent summam fictiones fabularum, sed quid adiecit? *Doctissimi homines memoriae prodiderunt*; ut scriptorum peritia det exemplo quamvis minus idoneo firmitatem.

Gladium nobis ad hominem occidendum ab § 9. ipsis porrigi legibus.

10 Βιαιωc auctoritatem XII tabularum ad defendendam confessionem Milonis trahit, quae grassatoris interficiendi potestatem faciunt per diem, si armatus veniat, noctu vero, quoquo modo venerit. . . . huic argumentatio est in illa oratione, quae Pro M. Tullio inscribitur. Ibi quippe, 15 quoniam aliut praesentis negotii condicio poscebat, ipsas quoque XII tabulas adseveravit excubare pro hominum salute, quae hanc interemendi potestatem non facile permiserint.

Atqui si tempus est ullum iure hominis ne- 20 candi.